



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ personæ iurare possunnt, tam in iudicio quàm extra. Punct.3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Tract. XIV. Disput. I.

ratione Iuramenti. Nam ex ratione promissionis clara est differencia? si Iuramentum de re futura esse potest absque illius vera promissione.

Secunda difficultas est: an in ratione Iuramenti Iuramentum pure assertorium difficit essentialiter à Iuramento promissori? Communis sententia negat: eo quod essentia Iuramenti qui tale est, in invocatione diuinum testimonij consistit. Quod autem diuinum testimonium invenitur ad firmandam rei futuræ, vel presentis veritatem per accidens esse videtur. Ergo Iuramentum promissoriū à pure assertorio specie non distinguatur. Item si Iuramentum promissoriū quatenus rem futuram respicit, distinguetur specie à pure assertorio. Iuramentum promissoriū duplēc in ratione Iuramenti speciem habet, aliam promissoriū, aliam assertoriū. Nam negari non potest esse verum assertorium, quatenus assertit Iuramentum de presenti intentione habere implendi quod iurat. At nullus actus esse potest in duplice specie distinguita. Ergo Iuramentum promissoriū in ratione Iuramenti non difficit specie à pure assertorio. Sic Caiet. 2. cap. 89. a. 1. Couar. in c. quamvis pactum de partis in princip. n. 3. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 7. punct. 2. Suar. 1. de iurame. 9. n. 1. testatur esse omnium. Et n. 6. tanquam probabilis defendit.

Venit hinc haec sententia, quia communis suscipienda sit. At cedo esse satis probabile, & forte probabile. Iuramentum promissoriū, qua tale est à pure assertorio essentialiter difficit. Primo, quia in Iuramento pure assertorio invocas Deum, ut certem; at in Iuramento promissoriū rem futuram resipiente, non tam vocas Deum ut testem, quam ut fideiūfōrem. Non enim promittens rem futuram, vocas Deum, ut testetur rem futuram fore. Quia hoc tibi est omnino incognitum, illi enim petitio vanâ est, & nullo modo tuam promissionem firmatur. Elle enim tem promissum de facto futurum, est quid contingens, & multis viis impediti potest. Ergo essentia Iuramenti promissoriū ab ea contingentia pendere non potest. Non igitur petis à Deo ut testetur rem futuram, cum sub Iuramento rem futuram promitis. Sed petis à Deo ut ipse suā patientia tua promissioni auctoritate p̄stet, id est quod rem, quam promitis sis excusoris. Ex qua absentia obligatus manes adimplendi promissum propriæ fidem datam in praesentia Dei; sicut si contraferas sponsalia cotam Regi, obligacionem haberes adimplendi ob dignitatem regis, in testem adducti. Manus vero fideiūfōris & testis est satis diuersum. Fit sane diuersum esse Iuramentum promissoriū ab assertorio. Et confirmari potest: quia in Iuramento promissoriū duplēc habet obligationem. Vna est, habere animus implendi promissum. Alia est, de facto impleri. Vnde in confessione teneris misericordiae, si cum promisisti non habuisti animum adimplendi. Quia tunc adduxisti Deum in testem falsi. Et si postea cum positis non impleris, teneris similiter manifestare; Quia Deo quem in assertoriorum adduxisti, iurari facis promissum non stando. Ergo Iuramentum, ex quo haec duplex obligatio oritur, diuerſum est. Confirmo secundū promissoriū Iuramentum quatenus tale est, & non futuram respicit, non semper obligari sub gravi culpa præstare verum quod promissum est, ut communiter sententia tenet. At Iuramentum pure assertorium semper in quacunquæ materia etiam levissima obligari sub gravi culpa ad veritatem. Ergo Iuramenta ex quibus haec propriae ita diuerſe procedunt, diuerſa sunt. Confirmo tertio, Iuramentum assertoriorum primum, & per se tendit ad testandam veritatem rei iuratae, non secundum se, sed quatenus iurans intelligit. Vnde si iniurabiliter iurans intelligit rem sic se habere, ut per Iuramentum affirmat, absolute verum iurat; esto de facto alter se res habeat ad testandum veritatem rei iuratae secundum se. Ergo hie diuersus modus adducendi Deum in testem diversitatem indicat in iuramento. Et ita in hanc partem inclinat Suarez. (vt ipsem dicit) lib. 1. de iuramento cap. 9. num. 5.

Neque obstat contrarium fundamentum. Dicimus nam que diuinum testimonium adducit ad confirmandam veritatem futuram, diuersimode adduci, quam ad confirmandam veritatem de presenti, vel de praeterito. Quia ad huius confirmationem adducitur ut refutasset illius vero ut fideiūfōr. Item in Iuramento pure assertorio adducitur ad confirmandam veritatem rei iuratae prout est in mente iurantis. At in Iuramento promissoriū non tam ad confirmandam hanc veritatem, quam ad confirmandam veritatem rei iuratae secundum se adducitur.

Neque obstat: vnum actum duplēc speciem moralem habere; promissum enim iurata de obseruanda castitate, & est vorum, & est Iuramentum. Item per iuratum blasphemum simul est contra religionem ratione perjurii, & ratione blasphemiae. Quid mitum si Iuramentum promissoriū quatenus adducit Deum in testem veritatis presentis, conueniat cum Iuramento assertorio, & eiudem rationis sit: quatenus cum adducit Deum aliquomodo ut assertorium & sponsorum, ab illo differat; Adde actum, qui vim habet adducendi Deum in

Ford. de Castro Sum. Mor. Pars. III.

Punct. III.

testem intentionis præsentis, & sponsorem executionis futuræ esse in unica specie morali diuersa ab iis actibus, qui vel Deum tantum adducerent in testem, vel tantum in sponsorem.

P V N C T Y M III.

Quæ personæ iurare possunt, tam in iudicio, quam extra.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes extra iudicium iurare possunt, quod probatur dif-
currendo per singulas personas.
- 2 In iudicio omnes iurare possunt, qui non fuerint aliquo iure
exclusi.
- 3 Excluditur perjurus.
- 4 Deinde infamis.
- 5 Item locus criminis.
- 6 Item iniurias.
- 7 Item persona vilis, & inops.
- 8 Item Saracenus, Iudeus, & alijs, ex diuersa lege.
- 9 Item Laicus aduersus Clericum.
- 10 Item mulier in causa criminali.
- 11 Item puer ante pubertatem.
- 12 Item consanguinei, & affines intra quartum gradum.
- 13 Item domestici ipsius producentis.
- 14 Item Clerici sacerdotes.
- 15 Iurans in iudicio debet esse ieiunus, ex consilio tantum, non
ex precepto.

Icertum est extra iudicium quilibet personam ratio-
nis compotem iurare posse. Conclusio est ab omni-
bus receptione, quam bicuter probo dicurrendo per singulas
personas. Deus Optimus Max. sapientia in Scriptura legitur iu-
rasse Gen. 22. Ierem. 22. cap. 44 Paulus ad Heb. 6. ibi per se-
metipsum iurauit. Verumtamen est non esse propriæ Iuramen-
tum: cum non fuerit propriæ actus Religionis, neque veritatis
& dicto diuino aliquam confirmationem adhibuerit. Quapropter Caietan. in c. 22. Genesis dicit Deum solum metapho-
rie iurasse, cui consonat Suarez. tom. 2. de Relig. tract. 4. lib. 1. de
Iuram. cap. 14. n. 2. cap. 3.

Quod si toges ad quid ergo Deus iurauit, si suis dictis con-
firmationem aliquam dare non poterat? Respondeo iurasse, ut
nos attinet, & certiores redderet immutabilitatis consilii
sui, videntes non semel, sed iterum eandem suam nobis au-
toritatem obiceat, & interponere. Quod satis indicauit
Apostolus ad Heb. 6. cum dixit: Volens Deus ostendere im-
mutabilitatem consilii sui interpositi iurandum, ut per
duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, for-
tissimum solutum habemus.

Christus vero Dominus potuit propriæ iurare, cum habue-
ret maiorem se scilicet. Parrem quoad diuinatatem, per quem
iurare potest. Aliquando iurasse, affirmat Innocent. II. in
cap. eti. Christus de ire in Ierusalem, & ut probable defendit
Suarez illo lib. 2. de Iurament. cap. 14. num. 9.

Angeli sancti loquentes cum hominibus iurare quidem pos-
sunt, & de facto iurant, ut constat ex Apocalyp. 10. Vbi An-
gelus iurauit per viuentem in scula sculorum, & notauit
Innocent. II. in d. cap. eti. Christus. Et ratio est: quia no-
stra incredulitas, & differentia aliquando diuini Numinis at-
testatione confirmari oportet, secus est quando Angeli inter-
se loquantur. Tunc enim cum coacteret evidenter cuiuslibet An-
gelo alium mentiri non posse; eo quod beatus sit, Iuramen-
tum necessarium non est. Ergo præstare illud non possunt.
Alias possent peccare assumendo nomen Dei in vanum. An-
geli mali nescio qua ratione loquentes inter se & cum homi-
nibus iurare non possunt; cum ex malo fine id præstare va-
leant. Credo ramen tam iurare. Ut dicit Suarez som. i. de
Religion. tract. 4. lib. 1. cap. 14. num. 15. Ne videantur diuino
testimonio indigere ad suorum dictorum confirmationem ne
Deum aliquo modo superiori cognoscant. Quod dictum est de Angelis, dicendum est de hominibus beatis, & dam-
natis.

De viatoribus illi tantum verè iurant, qui verum Deum
agnoſcent. Quia illi tantum divino testimonio confirmare ve-
ritatem possunt. Hi quisunque sint, modo discretionem & li-
bertatem habent iurare possunt, & per iurare, ut de pueris ex-
p̄f̄s dicitur c. 1. de dictis puerorum.

2 Si vero de his qui iurare possunt in iudicio loquamus;
illo mandatum est, omnes homines habentes vnum rationis iu-
rare posse, nisi aliquo iure positivo repellantur. Sic omnes do-

A 3 Actores,

6. **dores.** Videamus ergo, qui sint à iure repulsi, & sic intelligetur qui iurare possint.

3. Primo, excluditur per iuris in peccatum delicti commissi. Sed qui per iuris, & à quo Iuramento repelatur; Puncto vitiatio huius disputationis dicemus.

4. Secundo, excluditur infamia iuris; qualis est omnis qui de gratia cunctum est damnatus *e.g.* *Si quis 3. q. 4.* Et ibi Glosa, & capite nulli *vnguam*, eadem causa & questione *c. constitutus 3. questione 5.* & capite *alieni erroris, 2. quæst. 7.* Vbi probat Glosa iudicem posse repellere etiam reus illum recipiat. Infamia iuris facti qualis est ille, qui criminofos est, & tamen in iudicio est condemnatus, debet repellere à Iuramento in iudicio, si eius crimen probetur. Sic Lessius *lib.2. de iustitia cap.30.n.39.* relato Iulius Clarus *quæst. 24.n.13.* Et videut haberi explesè capite super eo *13.* relato *Et attestatio*, ibi *s. ante non sunt coniuncti, vel confessi de criminibus illis dummodo inde coniuncti in testimonium non debent admitti.* Et probat Gregor Lopez *leg.8. tit.16. par.3.* Clarius demonstrat text. in *c. testimoniis 14. de testimoniis & attestatis.* Ibi *Testimonium eius cui ab actuaria parte opponitur crimen, merito reprobatur in criminali causa sive ciuili, si in ipso criminis persecutor, si vero sit de criminis emendatus, & eum non coniunctus infamia, non est in causa ciuili vel etiam cum de criminis ciuiliter agitur (præterquam) pro reatu per iuris, repellendum.* In criminali autem, si criminaliter procedatur, & coniunctus extitit de criminis; aut eius opinio aliquando grauata fuit. Pro eo quod fuerit à iudicio tali modo repulsi, poterit remoueri. Admittit tamen poterit in causa ciuili, vel criminali si ciuiliter procedatur, hoc est si procedatur via inquisitoris, & ad praecauda damna primo; & per se non ad punendum delinquentem, & ita intelligi dictam leg. *2.1. titul. 16. parit. 3.* vbi varijs proper diversa criminis à testimonio diendo repelluntur; etiam per sententiam condemnari non sint: modo tamen eorum delictuum proberetur. Intelligo inquam neque in criminali causa, neque in ciuili admittendos esse, si in criminis persecutor, quia sunt infames iuris facti. Si vero emendari sunt, possunt in causa ciuili, vel criminali, si ciuiliter procedatur, admitti. Et hinc intelligetur etiam textus in *cap. Non debet, 6.* cod. in *titulo de testimoniis*, vbi accusatus criminaliter ad testificandum non admittitur pendente accusatione; quia pro tunc grauata est eius opinio. Non admittitur inquam in causa criminali, quando criminaliter agitur. Seclusus si ciuiliter procedatur, & in causa ciuili; quia vñque tunc non est infamia iuris. Quod si in exceptis criminibus, (qualia sunt hæres, Symonia, Sodomia, crimen læsa maiestatis, maleficium, fornicatio, furum famolum, stuprum, rapina, &c.) procedatur: etiam nos & infamia iuris admittitur; dummodo male opinionis fuerit accusatus. Videtur explesè deduci in supradicto *capitulo non debet* & in primis *2. quæst. 1.* ibi, si vero de criminis maiestatis dicatur accusatus; neque ipsi etiam credendum fuit, si vita, & opinio eius talis ante non existit. Cum autem ibi dicitur *vñquam testimoniis*, sine corporali diffusione credi non debet, quodque similiiter habetur *c. illi qui 3. q. 5.* & docet Iulius Clarus *q. 24. n. 13.* intelligi debet quando ipsomet vilissimum testis in dicendo testimonio vacillat, scimus est contra, vt docet Bartol. *ex libro in princi. leg. 7.* Et habetur *leg. fin. tit. 16. parit. 3.* Et ibi Gregor Lopez. Adde secundum eosdem Doctores vilissimum testem torqueri si coniugatur de mendacio, vel sponte festinans vadat ad corrumpendam veritatem. In criminalibus testis qui præsumitur scire veritatem & eam non dicit, ita Baldus & Glosa in *leg. verba cod. de adulterio*, & Gregorius Lopez *vbi supra.*

5. Tertio excluditur à iudiciali Iuramento locutus criminis, *c. veniens 10. de testimoniis & leg. fin. c. de accusationibus.* Et docet *10. de testimoniis & leg. fin. c. de accusationibus.* Et habetur, *leg. 21. tit. 16. parit. 3.* Et nota Lessius ex omnium sententia *l.2. de iustitia cap.30. n.39.* Ratio est, quia putatur falsum alteri impositurum, vel ex eo quod speret se liberandum propter complicitem, vel quia orat in supplicio sicutum habere ratione odij, aut solacij. In exceptis vero criminibus locutus criminis fecundum canones, non admittitur (hæresi excepta) si criminaliter procedatur, aut si ciuiliter procedatur, & si non solum locutus criminis sed etiam munierit, quod emolumentum accepit ex societate in tali criminis, habetur explesè *c. Mediator. 1. de testimoniis 6. & c. veniens 10. de testimoniis.* Et ibi Glosa, *vers. confessio, & c. cum monaster. 1. de confessio, & multis allegatis docet Flam. Parvus l. 14. de refugio benefic. q. v. n. 18. & 43.* Si vero ciuiliter procedatur; admitti potest, vt constat *d. c. Mediator.* At secundum leges, & proxim receptam sive criminaliter, sive ciuiliter procedatur, locutus criminis interrogari potest de sociis, & eius testimonium valer ad præsumptionem faciendam in criminibus exceptis, & in omnibus illis, quæ possunt sine socio committi, vt tradit Lessius *d. c. 30. n. 39.* Non tamen semplene probat, neque est indicium sufficiens ad torturam vt docet Salicetus in *leg. fin. cod. de accusationibus*, nisi concurrentia aliqua alia præsumptio, & Bartolus in *leg. repetit. 1.*

ff. de quaest. Alexander. conf. 8.9. volumen 3. Mafcardo de probacionibus *concl. 13. 11.* Glosa in *c. mediatores de testimoniis in 6. verbo ad testimoniū. & in c. quoniam. m. de testimoniis.* Vbi immixta admitti fuit contra Epiphanius Presbyterum de crimine cum illa commissio, non ad plenam probationem, sed ad præsumptionem tanum, vt notat ibi Glosa *verbo pergitte, aliqui plures, quos referit Flamini. Parvus lib. 14. quæst. ultima n. 1. & sequentibus.* Verum contrarium huius recepta sententia defendit Lessius aliis relatis *lib.2. de iustitia cap. 30. n. 19.* dubio 5. affirmat namque depositionem socij non solum esse sufficiens iudicium ad torturam, sed etiam esse semplenam probationem & accedente alio socio, qui idem deposito esse plenam probationem & posse reuocare damnari: subiungit tamen, & bene, hanc depositionem debere fieri tanquam à tali nempe cum Iuramento, & citata parte etiam danda est copia depositionis, ut se defendat. Sed immixta Lessius in communis sententia & in praxi recepta recedit, locutus namque criminis ob præsumptionem, quam habet dicendi falsum, est testis diminutus. Non igitur eius depositione nisi alius administris adiuvetur, semplenam probationem constitueret potest. Socio criminis accedit laborans simili morbo, qui proper tamquam rationem testimoniū dicendo repellitur, habetur explesè *cap. personas de testimoniis*, & ibi Glosa, unde Index habens similem causam potest recusatari, *c. causam quo. 2. de judicis. & qui in criminis detinetur, non potest aliam acculcare, vel denuncare, c. qui fine 3. q. 7.*

6. Quartò, & principale excluditur à Iuramento iudicis inimicis eius, contra quem debet ferre testimonium. Habetur explesè *c. accusatores, c. omnes 3. q. 5. & sequentibus.* Quia autem inimicitia à testificando repellat: Non est facili dictum. Verius videatur debere esse inimicitiam capitalem & criminalis. Qui solum proper hanc legatum perditur, vt in *leg. ff. de admis. leg. & lib. 1. tit. 25. in iustitia de executa. in torum 5. inimicitia.* ibi Imperator affirmit à tunc, vel cura sole capite inimicitias excusat, ergo illæ sole exclusive à testimoniū, & in *leg. 22. tit. 16. part. 3.* dicitur. Porro unde defendemos que *nunquam ome que sea exercitatio cum orto de grā neomistad que no pueda ser testimoniū, &c.* Et Gregorius Lopez, ibi pluribus firmat, contentus Lessius *lib. 2. c. 30. num. 37. dub. 5.* Qui optimi addit hunc inimicum etiam in criminibus exceptis repellit, in quibus aliis telles minus idonei admittuntur, ut in probanda Simonia, Sodomia, Hæresi, &c. C. per tuas, c. clericis Heli, meminimus c. cum oportet etiam *c. 3. c. 3. P. Man. col. Præb. de accusationibus & ibi Glosa.*

7. Quinto excluditur à Iuramento iudicis persona vilis & inopis, de quæ illi sapientio facile posse pecunia corrupti, habetur explesè *leg. 3. circa medium. & leg. 22. tit. 16. part. 3.* Et ibi Gregorius Lopez: aduerte tamen personam paupericum sive vilis, & honesta non sit, non excludi à Iuramento præstando, si Gregorius Lopez, *supra. Sylvest. verbo festi, quæst. 1.* Lessius *cap. 30. dub. 5. num. 39.* & probat *leg. 3. & ff. de testimoniis.*

8. Sexto excluditur Saracenus, Iudeus, & sibi ex alia legge à testimonio dicendo contra Christianum. Quia ob dissimilitudinem religionis & odium frequenter conceptum præsumuntur falsum iuraturi, habetur *c. 1. c. Iudei c. liber de testimoniis. & c. omnes c. nulli. 3. q. 4.* Et habetur *leg. 8. tit. 16. part. 3.* Et ibi Glosa *verbo Iudicio o mero, excipitur tamen crimen læsa maiestatis humanae, & diuinæ in quo iurare possunt aduersari Christianum si efficiunt homines eius conditiones, qui inter ipsos paganos admittuntur in testimonio.* Sic supradicta lex. part.

9. Septimo Laici aduersus Clericos non admittuntur in iudicio ad testificandum, *c. de exterio, de testimoniis.* Quando criminaliter procedatur & omnes illi, qui Sacerdotes expelluntur, *c. ipsi Apololi. & c. festis 2. q. 7.* secus vero est si ciuiliter procedatur, vt constat ex *cap. quoniam. 2. testimoniis*, item in exceptis criminibus bene admittuntur, *C. tanta de Simonia, c. Sacerdotibus 2. q. 7. Et leg. si quemquam cod. de Episcopis & clericis.* Requiritur tamen quod Laici sint bona fame, si enim viles sint, & fame male: debet Clericos antea illæ infamias de illo criminis, & male audire. Et ex alia parte illi credendum non est sine corporali tormento, vt habetur, *c. in primis 2. q. 1.* Quid intelligendum est iuxta superius dicta. An vero plene probet eorum testimonium, eodem modo dicendum est, ac de locis criminis diximus.

10. Octauo mulier iure Canonico à testificando repellitur, si sit in causa criminali ob fragilitatem texus, & ingenii mutabilitatem, habetur *c. forus de verborum significati. 8. vlt. c. cum P. Man. collena. c. Meminimus de accusatores. c. Mulierem 13. q. 5.* Et ibi Glosa *verbo nec testimoniis, solum admittitur in illis casibus in quibus infames Quod si ciuiliter procedendarunt in causa ciuilis mulier etiam contra Clericum admitti potest, c. quoniam. c. iam literis de testimoniis, c. forus de verborum significati.* Iure tamen ciuilium omni causa admittitur, *lex ex eo 18. fidei testimoniis.*

DE
CAST
PALE
TON
H
E

testibus, præterquam in testamento leg. qui testamento 20. s. mulier sibi qui testimoniū facere posuit, & testes instituti de testamentū. Sic tradit relato Gomecio. 12. n. 13. cum communī sententia Lessius lib. 2. c. 30. n. 39.

11 Non excluduntur a testificando in iudicio pueri ante pubertatem (hoc est ante quatuordecim annos completos), C. parvuli, c. pueri 2. 2. q. 5. & lib. 2. tit. 10. instituti de testimoniū. S. testes, Ratio exclusionis est, quia ante eam statem non censetur à iure, plenam discretionem & aduenturiam adiuvandū habere. Dubium tamen est; an si velint iurare, sint admittendi? Soto lib. 8. de iuris. 9. 1. a. 10. Paulo post principium & Suar. tom. 2. de relig. tract. 4. lib. 1. de iuramento c. 14. n. 15. fit. Existimat debere admitti. Tum quia in cap. Pueri 22. 9. 5. dicitur iurare non cogantur. Ergo se contumisca volunt, admitti debent. Tum quia illa prohibitiō non est pena, sed fauor pueri confessus. Ergo poterunt huius fauori cedere, & ex alia parte constare potest, sufficientem esse discretionem in pueri iurante? Contarium defendit Sanch. vt probabilius lib. 3. in Decal. c. 3. n. 6. cum Sylvestro verbo Iuramentum 2. g. 3. initio, Valentia 2. 2. disp. 6. q. 7. punct. 3. colam. 4. vers. 11. et. Azor. 1. p. lib. 11. c. 11. q. 6. Et mihi erat placet. Quia nec ratione peccata, nec ratione fauori facili poterit interdicere eis Iuramentum in iudicio; sed ob reuerentiam Iuramenti; eo quod illa actas presumunt plena esse peritius, ut docet Gloss. in c. Testis 4. q. 2. & 3. Aduenturiam tamen est in criminalibus sive criminaliter, sive via inquisitionis procedatur, minorem viginti annorum ad testificandum non admitti; habetur exp̄s̄ leg. 9. tit. 16. partita 3. ibi. Veinte annos complidos alomenos debe auctor et testigo que aducam pleyo de acusation & leg. in testimonio 20. sibi qui testimoniū facere posuit. idem sit. Si tamen ante hanc statem admittitur, facit plenum iudicium ad capiendum informationem, & maximam presumptionem ut ex dictis legibus contaret & consentient Gomecius c. 12. n. 3. de testimoniū, & Lessius lib. 2. de iuris 20. c. 30. dub. 4. n. 37. in 2. edit. Non vero sufficit eius dictum ad torturam, docent idem auctores. Quamvis Syluestri verbo impubes sive cum Bartolo & verbo testis. q. 1. dicto 3. Sanch. in Decalog. lib. 3. c. 3. n. 6. fine. Sententiā possit impuberem examinari & eius dictum plenum iudicium, facete ad torturam; quod est probabile. Siquidem facit magnam presumptionem. Ut dicit lex. 9. supra. relata fine.

12 Deinde, consanguinei, & affines vñque ad quartum gradum cogi non possunt iurare contra consanguineos, vel affines in causa criminali. Si tamen liberè se offerant, admittendi sunt. Habetur exp̄s̄ in leg. nostrarū regni leg. 11. tit. 16. partita 3. & leg. fin. tit. 16. partita 7. Et ibi Gregorius Lopez. In edimbius ve. o. bene admittitur frater contra fratrem; & pro ipso si separare videntur, notat Gloss. c. consanguinei. 3. q. 5. Et habetur leg. 15. tit. 6. partita 3. Si autem sub patri potestate sint, neque virtuulquā hereditatem, aut legitimam diuīsam habent, non poterit unus pro alio testificari, neque contra, neque mulier pro merito aut ē contra. Neque ascendentēs pro descendētibus in linea recta. Excipe de consanguinitate aut auctate probanda, habetur in supradicta leg. 14. tit. 16. partita 3. & in cap. super eo de testimoniū. Et ibi Ioannes Andreas. Inquit iam admittuntur parentes in testis super fecdere matrimonij, & notat Gloss. c. quid vero 3. q. 5. nisi forte propter incrementum & honorum filiorum videcanur suscep̄ti de veritate dicenda. Habetur exp̄s̄, in supradicto c. super eo de testimoniū. Vbi filia parens virum aliquem maiorem se adduxit matrem in testem promissionis. Quā mater repulsa est à testimonio cō quod suspecta esset de veritate dicenda propter incrementum, & honorem filii.

13 Undecimo domestici ipsius producentis etiam a testificando in quolibet negotio ipsius producentis repelluntur. Qui vñto nomine domestici intelligentur. Explicat Gloss. c. quod vero 3. q. 5. & leg. 18. tit. 16. partita 3. ibi. Enī pleno mis̄ma ninguno puede ser testigo; Atrofino puede ser caido en aquell pleno testimonio de su Hijo, ni de su Siervo, ni de su Afortunado, ni de su Mayordomo, ni de su Quirero, ni de su Oretelano, ni de su Molinero, ni de Omo que fera su paniguardo. Imò neque fideliūs secundum omnēs sententias, quam cum Arechiso & Iason tradit ibi Lope potest esse testis in causa principalis debitoris, quia sua intercessiō maximē illud nego- tium. Bene tamen singuli de vocis testis, & collegio esse testes possunt in causis pertinetibus, non ad singulos in particulari, sed ad collegium, vt notaribz ibi Gregor. Lopez, supradicta leg. & docent h̄c omnia exp̄s̄ e. si testes 4. q. 3. circa medium. Quā vero ratione feruā, aut qui feruā fuit testificari possit contra Dominum, & in quibus causis optimē traditur in leg. 12. & 13. tit. 16. partita 3.

14 Duodecimo. Clerici Sacerdotes prohibentur iurare in iudicio abique gravi causa; cō quod eorum dignitatem dedeat dubitari possim de veritate dicenda, habetur. cap. si quis Presbyter. 2. q. 4. ibi non omnimode Iuramenta prohibentur

fieri a sacerdotibus, sed in causa, & ea quā pro qualibet causa temporali iudicio offeruntur. Vnde pro fama tueranda, rebū familiaribus defendendis, si alia via succumbit; pro fide, pro obedientia, pro indemnitate sue Ecclesie benē. Sacerdos iurare potest, vt constat, ex c. cum nuntius de testimoniū, & sequentibus & tradit. Azor. 1. p. lib. 11. c. 11. q. 6. Sanch. lib. 3. in Decalog. c. 3. n. 7. & alia. Coram Laico vero tanquam superiori in nullo negotio, etiam civili Clerici etiam in minoribus constituti prilegio fori gaudentes iurare possunt, aut in testes vocari, abique Episcopi licentia c. nullus 22. q. 5. c. Quamque 14. q. 2. & c. 1. de Iuramento calumnia in fine. Quod si veritas manifestari aliter non potest, cogi poterunt & debent per Episcopum, vt notari. Gloss. in c. statutum 2. q. 6. vers. Ad testimoniū nūm coram Laico autem, vt aequali, & vt parte contrahente iurare possunt etiam Sacerdotes, vt constat ex c. de scriptio, de iurirando. Vbi Abbas cuiusdam Monasterij accepta in munere pecunia a quodam P. seculari Monachos sui conuentus obſides dedit, qui de obſeruanda conventione iurant, & possim post tale Iuramentum. Ita Sylvestri verbo Iuramentum 2. q. 3. Sanch. d. lib. 3. in Decalog. c. 3. n. 8.

Quod si loquamus de Iuramento calumnia (quod quinque capitula continet,) vi explicat Gloss. in c. inherentes. de 1. calumnia. Primo quo credat se bonam causam habere i. fecundō interrogatus non negabit quod verum esse credit. Tertiō neque vetetur scientiā falsa probatione. Quartō, quod dilatationem non petet in fraudem. Quintō, neque dedit, neque dabat, neque promisit, neque promitteret aliquid pro hac causa, nec illis personis, quibus leges date permittebat, dītingendum est; aut clerici litigant de propria causa, aut super causam Ecclesie. Si in propria causa; necessario praestandum illis est Iuramentum calumnia, habetur c. ceterum de Iuramento ibi. Praestari faciat al vñaque parte calumnia Iuramentum confutendine, que legi contraria est, non obstante. At si pro causa Ecclesie litigant, non compelluntur Iuramentum praestare de calumnia si vñlēt econsumum constitueri qui Iuramentum praestet, petat, agat, & excipiat. Habetur c. fin. Imperatorum de Iuramento calumnia, & fin. edem it. Si autem nolint procuratorem constituite qui petat, agat, & excipiat, sed vñlēt ipsi per propriam personam ligare, iurare debent de calumnia, neque poterunt alteri substitui, vt h. habetur in d. c. & tradit. Gloss. principiū c. 1. verbo criminali. Azor. 1. p. 11. c. 11. in fine, & Sanch. cum alia lib. 3. c. 3. n. 7. in fine. semper tamen hoc Iuramentum faciendum est de licentia Praetati, si coram non superiori Clerici litigant, Sanch. n. 8. & vide pro pleniori huic punctu intelligentia d. 1. p. tract. 4. de fide. disp. 8. punct. 15. vñlēt de testimoniū.

15 Petes an iurans in iudicio d. beat. esse ieiunus? Respondet debere esse. Habetur c. Honefum. 22. q. 5. & c. placitum 34. q. 3. ibi. nullus fecit testimonium nisi ieiunus, idem habetur c. 1. de testimoniū. Sed h̄c conditio vt bene notar. Sanch. lib. 3. in Decalog. c. 3. n. 4. alia relatis, solum est ex consilio non ex precepto. Quod vero à septuaginta vñque in octauam Pascha, & ab aduentu Domini vñque in octauam Epiphaniae; nec non in ieiunis quaror temporum, & in letanis majoribus; & in diebus Dominicis & Rogationum nisi de concordia & pacificatione nullum Iuramentum praestetur. vt tradit c. decreuit. 22. q. 5. iam vñlēt abrogatum, vt notar ibi Gloss. & Doctores communiter. Excipe nisi in diebus dominicis, & festis, quibus Iuramentum iudiciale interdictum est, nisi pro bono pacis, aut p. causa, & habetur. c. Conguestus de Feria.

P V N C T V M IV.

An Iuramentum sit actus lictus, & honestus?

S V M M A R I V M.

1. Expeditur esse actum virtutis.
2. Declaratūr conditions requisita ut sit Iuramentum actus virtutis.
3. Qualiter in Iuramento assertorio, sicut, & in promissorio iustitia reperiri possit.

V clatus essentia Iuramenti innotescat hanc facilem questionem præmitimus. Difficultatem fecit ille locus. Matthei 5. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Et illud Jacob c. 5. ante omnia fratres mei nolite iurare. In quibus videbor vñlēt iuramenti condemnari, &c.

Ceterum catholica veritas est iuramentum actum esse virtutis si cum debitis circumstanciis fiat, constat ex scripti Deuteronom. 6. Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis, & Psalm. 62. Laudabuntur omnes, qui iurant in eo. Eaque de causa sepe Sancti Patres iurauit, ad firmandos contractus,

A 4 tractus,